

B**ei**band 2  
H.1 S. 9

1107 Juli 26. Goslar.

[13]

König Heinrich V. bestätigt dem Kloster Helmarshausen seine Besitzungen, Rechte und die Immunität.

(C.)  $\times$  In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina fave nte clementia quintus Romanorum rex.  $\times$  Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos causa Dei et pro felici stabilitate regni nostri et ob eternum remedium anime

nostre nostrorumque parentum, immo et pro dilectione clavigeri regni cęlorum et etiam digno interventu et humili peticione nostrorum dilectorum principum Ottonis videlicet Babenbergensis episcopi, Burchardi Monasteriensis episcopi, Udonis venerabilis Hildenesheimensis ecclesię pontificis, Liudigeri ducis, Herimanni comitis et aliorum multorum nostrorum fidelium ecclesię Dei in honore beati Petri principis apostolorum constructę in loco, qui dicitur Helwardeshuson, omnia bona, tam predia quam cetera acquisita nostrorum antecessorum regum vel imperatorum temporibus nostrique tempore successorumque nostrorum, quamdiu durabit seculum, adquirenda sibi sive per precarium sive per emptionem sive per oblationem vel quolibet alio rationabili modo per hanc preceptalem paginam concessimus ac iure perpetuo possidenda regia maturitate firmavimus. Deditus quoque preceptum stabiliter regio more, ut nulla deinceps persona, magna vel parva, cuiuscunque sit ordinis vel officii, audeat modo dictam ecclesiam aliqua arte molestare vel inquietare vel tributum inde vel aliquod regale servitium exigere, sed per omnia et in omnibus ex regali concessione utatur perpetua libertate. Ut autem huius nostre pietatis concessio ab omnibus credatur et stabilis et inconvulsa omni ego permaneat, hanc inde cartam conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus.

$\times$  Signum domini Heinrici quinti regis Romanorum invictissimi  $\times$  (M).

$\times$  Albertus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi Rotardi archicancellarii recognovit.  $\times$

Data VII. Kal. Augusti Indictione XIII. anno ab incarnatione Domini Millo. C. VII, regnante Heinrico V. rege Romanorum anno III., ordinationis eius VIII. Actum est Goslarie feliciter in Christo. Amen.

Orig. Siegel ab. (Einschnitte von ungleicher Länge). Auf der Rückseite Heinrici V. de libertate loci. Nona bulla.

Druck Schaten I, ad ann. Wilhelmi-Philippi, Kaiserurkunden II, Nr. 212, S. 279 f.  
Ebenso Wenzl, Hess. Landesgesch. II, II.-B. 46, S. 56. W. II.-B. II, Reg. 1351, S. 217 f. Böhmer Reg. Nr. 1981. Stumpf Nr. 3017. Die Indiction ist XV.